



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

36. An Inquisitores debeant torturam adhibere Clericis non infamatis, sed tantum indiciatis? Et in casu occurrenti; an mitius torquendi sint Clericis, quam laici? Et an quando datur tortura ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

In S. Officio inferenda. Ref. XXXV. &c. 497.

torturam sufficientia, sed datur ad extorquendam confessionem; quam Baldi opinionem in contingentia facti approbavit Concilium Neapolit. ut testatur Capycius decis. 145. & hæc omnia docet Brunus tract. de indic. 9. §. num. 4. Caravita riuu 259. num. 14. Miranda in ordine judic. tom. 2. §. 26. art. 4. conclus. 5. Gomez to. 3. variar. cap. 12. num. 5. Clarus lib. 5. §. final. quast. 45. num. 6. Mascardus de probat. lib. 3. conclus. 1385. num. 15. & Soula in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 48. Vmbertus Locatus in praxi Inquisit. ver. Tortura. §. & scias etiam Cartharius de interrog. reor. lib. 3. cap. 2. num. 3. Ludovicus Peguera in praxi cap. 12. §. 5. num. 26. licet ipse asserat se non vidisse in praxi hanc opinionem à judicibus admitti, si tamen in aliquo loco addit, putat esse optimam & laudabilem; unde in hoc casu Inquisitor sequatur praxim suæ Inquisitionis.

RESOL. XXXV.

Quem modum torquendi debeant Inquisitores adhibere cum reis, & quomodo; & de tormento ignis ad pedes adhibito? Et p. 4. tract. 6. Ref. etiam 35.

§. 1. **N**on debent recedere, saltem in hoc Regno Siciliæ, à tormento funis, videtur enim approbatum consuetudine & jure communi, ut in l. nullus, ibi, fiduciarum tormenta, & ibi glossa & Salicetus, C. ad l. majest. Sed quomodo tale tormentum dandum sit, docet Simanca in Cathol. insit. tit. 65. n. 62. sic enim ait: Considerare judices debent qualitatem personarum, criminum, & indiciorum, aliter enim torquendi sunt servi quàm liberi, fortes quàm timidi, juvenes quàm senes, robusti, quàm debiles, humiles quàm honesti, nobiles, quàm ignobiles, hi enim elementius, illi durius torqueri debent. Sic ille, & post illum Suarez de Paz in praxi tom. 1. part. 5. cap. 3. §. 12. num. 65. & Villagut. in pract. can. lib. 7. cap. 3. conclus. 1. & 2. & novissimè Sanchez in opusc. tom. 2. lib. 6. cap. 3. dub. 15. num. 2. vide etiam Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 5. & Mirandam in ordin. indic. tom. 2. quast. 26. art. 15. conclus. 3. Soulam in aphorism. Inquisit. lib. 2. cap. 39. num. 30. juncto num. 25. ubi sic ait non sunt omnes rei æqualiter torquendi, sed magis, vel minus, secundum qualitatem personarum delicti, & indiciorum, nec in modo torquendi, & in tempore immoderate debet reum torquere, nisi per horam ad summum, nec regulariter fiant plures quassationes, seu ictus, quàm tres, ita Soula. Vide etiam Deltium in disquis. magic. append. 2. lib. 5. quast. 24. & Guazzinum tom. 2. lib. 1. defens. 30. c. 20. per tot. Sed in praxi visum est quòd ex multis reis ita tortis nemo confitebatur, ideo in tali casu regulariter amplius hoc tormentum in magna Regia curia non adhibetur. Hinc etiam factum est multis adhuc annis, ut in sacro Tribunali hujus Regni etiam DD. Inquisitores amplius hoc tormento non utantur, sed quando rei ex aliquo impedimento non possunt torqueri, illos puniunt pœna extraordinaria, cum abjuratione, propt. delicti qualitas & probationes exposcunt.

RESOL. XXXVI.

An Inquisitores debeant torturam adhibere Clericis non infamatis, sed tantum indicatis?
Et in casu occurrenti, an mitius torquendi sint clerici, quàm laici?
Et an, quando datur tortura Ecclesiasticis, non laici, sed Clerici debeant illos torquere?
Et an Clericus debeat admitti ad Canonicam purgationem. V.

nem, quando est gravatus indicis ad torturam, vel debeat torqueri? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 36.

§. 1. **N**egativa sententia suadet per ea, quæ adducit Didacus Canteria in quast. crim. quast. 51. de reo num. 1. Bernardus Diaz in pract. crimin. cap. 125. Damhauderus in pract. crimin. cap. 37. num. 25. Maceratenis var. resol. lib. 3. resol. 44. cas. 4. M. 4. Guazzin. to. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 1. num. 7. Eugerius consil. 76. n. 103. Decianus vol. 4. respos. 124. num. 38. Maritus in pract. crimin. §. nunc videndum, num. 51. & in §. ex prædicta, num. 40. & singul. 55. Bossius tit. de indicis, num. 15. Ioan. Gratianus in regulis & fallentis, reg. 226. n. 91. Cassaneus in consuet. Burgund. rubr. 1. §. 5. num. 6. & alij asserentes, quòd si etiam mille essent indicia contra Clericum, sed non esset de crimine diffamatus, non posset torqueri; & quidem hæc opinio est probabilis, & satis pia, & multum favens statui clericali, quam novissimè docet etiam Eymericus à Rosbach in pract. crimin. tit. 5. cap. 22. num. 2.

2. Sed his non obstantibus affirmativam sententiam tenendam esse puto in casu hæresis maxime, & illam tueri ex nostris Pegna in direct. Inquisit. part. 3. comment. 110. tit. F. Simanca in cathol. insit. tit. 65. num. 48. & Ludovicus Miranda in ordine judiciario to. 2. quast. 26. art. 2. conclus. 2. Ignatius Salzedus in pract. crimin. Bernardi Diaz. ubi supra lit. A. Petrus Caballus centur. 2. cas. 84. num. 20. & Michaël Zanardus in direct. Inquisit. part. 3. cap. 95. fol. 513. ubi si ait: Et si Clericus non possit torqueri nisi sit de crimine diffamatus, ut supra, diximus tamen in hęc crimine hæresis ad eum torquendum sufficient legitima indicia, quia crimen est exceptum, & sumus in majori periculo in Clerico & Doctore, qui magis possunt alios lædere, labèque hæreticali inficere, quàm laici, qui per pravitatem hanc propter eorum ignorantiam ita de facili non possunt alijs damnum inferre. Ita ille, quod etiam confirmatur, nam dato, quòd infamia ad Clericum torquendum sit necessaria, hæc sanè sufficiens oritur ex semiplena probatione aliisque indicis, quæ eum suspectum, & infamatum reddunt, ergo, &c.

3. Verum licet hæc opinio vera sit, advertant tamen Dom. Inquisitores; quòd in casu occurrenti mitius torquendi sunt Clerici, quàm laici, & ita tenet Pegna, Maceratenis, Miranda, Salzedus locis citatis, quod intelligendum est, cæteris paribus, stante eadem qualitate delicti, & indiciorum, ut rectè observat Michaël Zanardus in direct. Theol. part. 3. cap. 94. fol. 510. & ideo dixit Soula in aphor. Inquisit. lib. 2. cap. 39. n. 32. quòd Ecclesiastici, nisi delicti enormitas id postulaverit mitius, torquentur, non desunt tamen, ut observat Caballus centur. 1. cas. 85. num. 18. Doctores contrarium tenentes, & ita tenet novissimè Ant. Quevedo lib. de indic. part. 1. cap. 12. n. 17. sed tu ne discedas à prima opinione.

4. Nota etiam quòd secundum aliquos Doctores, quando datur tortura Ecclesiasticis, non laici, sed Clerici debent illos torquere; sed hoc non observatur in nostro Tribunali, & ideo Didacus Canteria in q. criminal. 9. tit. de reo, n. 1. in fine, sic ait. Vnum solet servari, quòd quando datur tortura Clerico, non solet dari per laicum, sed per alium Clericum; ego tamen contrarium vidi praticari tam in judicio S. Inquisitionis, quam in judiciis alijs Ecclesiasticis. Ita ille.

5. Et tandem nota quòd Clericus non debet admitti ad canonicam purgationem, quando est gravatus indicis ad torturam, sed debet torqueri. Ita Guazzinus tom. 2. lib. 1. defens. 30. cap. 10. num. 6. & alij; est tamen verum, quòd indicia ad torquendum Clericum non debent esse indicia ordinaria, quæ sufficiunt contra laicum, sed requiruntur graviora, & urgentiora, propter illam

illam presumptionem bonitatis, quam habent Religiosi & Clerici; & ita observat Guazzinus loco citato num. 3. Farinacius *quest. 4. num. 9.* & alij penes ipsos: quibus ego addo Mirandam in ordine judic. tom. 2. q. 26. art. 13. concl. 2.

RESOL. XXXVII.

Quid facere debeant Inquisitores cum reus, si timent veritatem in tortura non fateri ex incantationibus, & maleficiis? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 37.

§. 1. **F**ranc. Pegna in direct. Inquisit. part. 3. com. 39. lit. F. sic asserit: Adversus has fraudes, & incantamenta, quæ remedia opem ferant, nondum sum expertus, juvabit fortasse cunctas vestes detrahare cum questionibus admoventur hujusmodi homines, quibus sæpe figuras scriptas occultant. Sic ille. Verum in tali casu non solum vestes detrahendas, sed etiam omnes pilos abradendos esse, rectè docuit Petrus Binsfeldius in comment. malef. & math. leg. 7. quest. 1. conclus. 15. ubi sic ait. Quando suspicio oritur maleficam penes se habere aliquid maleficij ad inducendam taciturnitatem; solent curare judices, ut propriis vestibus exuatur, ne aliquod maleficium insutum habeat, eandem ob causam pilos undique jubent abradi. Ita ille. Sed quàm circumspici in tali casu esse debeant DD. Inquisitores, patebit ex quodam facto memorabili adducto à Iodoco Damhaudero in sua practica crimin. cap. 37. num. 21. sic asserente. Ipse vidi cum in civitate Burgen- si essem à consiliis in muliercula admodum anu, quæ tum habitu, tum victu, tum incessu, tum moribus, & fucata sanctimoniarum specie ab omnibus venerabatur, veluti vera Christi Apostola, quoddam multarum matronarum filias ac filios quasi miraculosè curaret, gibbos liberaret, crura, tibiasque contractas illico restitueret, idque non arte, aut externo medicamine aliquo adhibito, verum, ut olim Apostoli pietatis aliquo exercitamento, nempe ut uno, duobus vel tribus diebus jejunarent in pane & aqua: vel ut ter legerent orationem Dominicam, aut inviserent aliquas Ecclesias, vel ut Sacrum unum aut alterum religiosè audirent, aut aliquas preculas persolverent ægri. His rebus junctis rite expletis, illico, aut certè intra paucos dies a morbis liberabantur, & firmæ valetudini restituebantur, cum istius mulierculæ ea facta in vulgus latius spargerentur, à Senatoribus intempesta nocte jussa fuit ex lecto comprehendi, & carcere mancipari. Postridie cum ab istis Senatoribus perquiretur quomodo, quibus mediis, quo fœdere, quaque fiducia freta suas curas perageret, interpidè semper respondit, se piè cuncta exercuisse, & bonis piisque rationibus, atque ideo se se non debuisse tam ignominiosè comprehendi. His non obstantibus ex certis indicibus per Senatum adjudicabatur torturæ, ad quam cum venisset, & verbis persuasoriis examinaretur, constanti vultu & animo semper perduravit in ea sententia, se nihil eorum quæ fecerat, demonis ope peregrisse, sed omnia pio, & licito modo. Interim ob constantem negationem torturæ tradita est, illa autem non lamentationes, aut clamores edidit, sed horum loco subridere cœpit, & quamvis ligata, digitorum tamen complosionibus judicibus ipsis insultabat, & posita super scamno aut risit, aut dormivit, hinc factum ut è scamno & tortura relaxaretur, & iterum in carcerem reciperetur, postea nova indicia habita torturæ iterum teritiò adjudicatur. Verum priusquam scamno imponeretur, totius corporis pilos, & crines abradi curavimus, postea scamno imponitur, accerrimè torquetur, nihil tamen fateri voluit. Tandem quibusdam

adstantibus succurrit, eam non esse cœsam in pudendis, tam retro, & ante & sub axillis, ubi per confitendum reperta fuit pergamena in pudendis retro & ante inserta, cui inscripta fuerunt aliquot peregrina vocabula demonum, crucibus aliquot inter se distincta; hæc pergamena Senatoribus exhibita occasionem præbuit, ut rursus scamno traderetur torquenda, ubi facta plenè passibilis, omnia nodè fœbatur quæcumque prioribus informationibus fuerunt propositæ; cum autem rogaretur cur prius fateri noluit, nili à me inquit, omnes crines, atque etiam hanc schedulam abstulissetis, nunquam à me perquirere quicquam potuissetis, ut quæ per illa facta erant impassibilis, quod haud dubium verissimum erat. Hæc omnia Damhauderus ubi supra, & factum simile accessit in urbe Neapolitana testatur Ambrosius de process. informativo lib. 4. cap. 7. num. 13. ubi vult in tali casu, os, foramina narium, & aurium, anum, vel vulvam, & si quæ plaga, vel cauterium, aut incisio in corpore adsit, diligenter inquirenda esse, & plura alia, quæ in tali casu facienda esse adducit etiam Cartharius de interrog. reorum, lib. 4. cap. 1. n. 20. & sequent. cum Matfilio in practica crimin. §. nunc videndum, n. 52. Ex quibus, ut dixi, apparet in similibus casibus summam diligentiam adhibendam esse à DD. Inquisitoribus, qui etiam quando casus occurrerit, possunt hæc etiam remedia Ecclesiastica adhibere, quæ ponit Deltius in disquis. magic. append. 2. lib. 5. quest. 25. ubi sic ait: Præmittenda est exorcizatio Sylvestri in lib. de strigim. admir. non quod possit à demone fagas lenitas, sed quia præsertim eis obfirmatæ sunt, utile quoque si torquendi collo appendantur sacre reliquie, vel agni cerei effigies consecrata, item si aqua benedicta in os effundatur, & ea corpus aspergatur, & cum otatur tormento in somnis, cerei benedicti instillatio inopinata. Ita ille; qui etiam quest. 29. docet loquens de sagis, posse in tali casu judicem desistere à tortura, & post alios dies repetere, quia demon non semper strigibus assistit, sed aliquando deserit, vel sponte suo, vel Dei jussu. Et tandem post hæc scripta invenio Antonium Quevedo de hac materia differrentem in lib. de indic. & tortura part. 2. cap. 6. per totam, ad illud, & non pigebit; sicut etiam Malleum maleficarum tom. 1. part. 3. quest. 15. per totam; & iterum M. Antonium Deltium ubi supra lib. 5. sect. 9. quod tertium dubium, fol. mihi 739. & sequent. ubi ponit undecim remedia.

RESOL. XXXVIII.

An Inquisitores, si torquerent reum ex opinione probabilis, relicta probabiliori, debeant puniri à suis visisatoribus? Ex p. 4. tract. 6. Ref. etiam 38.

§. 1. **H**ic casus potest faciliter accidere, & ad illum negativè respondet Marc. Antonius Deltius, act. in terminis terminantibus, ut dici solet, in disquis. magicis append. 2. lib. 5. quest. 1. ubi in casu de non danda tortura ex solo dicto locij sine aliquo alio admittendo niculo sic asserit. Hæc sententia communis, cum sit casus Iuri, & rationi magis consentanea, meo judicio, judicij sequenda est in utroque foro. Si quis tamen illam præter contrariam Cyni, & aliorum Doctorum sequutus fuisset, putarem eum syndicatui non subiacere, facti doctorum esset, putarem eum syndicatui non subiacere, facti doctorum enim tor Doctorum, quos secutus est, ut dici nequeat perinde ex capite suo, vel temere fecisse, aut processisse, qui ad gravius Doctorum, & quorundam judicem proximè doctrinamque amplexus fuit, licet minus probabilem, vel